Taylor & Francis
Taylor & Francis Group

Bulletin de la Société Botanique de France

ISSN: 0037-8941 (Print) (Online) Journal homepage: http://www.tandfonline.com/loi/tabg17

Quelques Lichens Nouveaux

M. l'abbé Hue

To cite this article: M. l'abbé Hue (1897) Quelques Lichens Nouveaux, Bulletin de la Société Botanique de France, 44:5, 425-431, DOI: 10.1080/00378941.1897.10830799

To link to this article: http://dx.doi.org/10.1080/00378941.1897.10830799

Published online: 08 Jul 2014.

Submit your article to this journal

Article views: 5

View related articles

Full Terms & Conditions of access and use can be found at
http://www.tandfonline.com/action/journalInformation?journalCode=tabg17

Download by: [64.138.8.139] **Date:** 05 June 2016, At: 12:44

Downloaded by [64.138.8.139] at 12:44 05 June 2016

SÉANCE DU 26 NOVEMBRE 1897.

PRÉSIDENCE DE M. FRANCHET, PREMIER VICE-PRÉSIDENT.

M. Guérin, vice-secrétaire, donne lecture du procès-verbal de la séance du 12 novembre, dont la rédaction est adoptée.

M. le Président a le regret d'annoncer à la Société la mort d'un de ses membres, M. Émile Dupuis, décédé à Neuchâtel (Suisse), le 24 septembre dernier, à l'âge de soixante-cinq ans.

M. le Président annonce une présentation nouvelle et proclame membre de la Société, par suite de la présentation faite dans la dernière séance :

M. Altamirano, professeur à l'Institut médical de Mexico, présenté par MM. Perrot et Lutz.

M. l'abbé Hue fait à la Société la communication suivante :

QUELQUES LICHENS NOUVEAUX; par M. l'abbé HUE.

Avant de décrire les espèces ou variétés que j'ai considérées comme nouvelles, je signalerai un *Lecidea* qui doit être ajouté à la flore des environs de Paris.

Lecidea ochrophora Nyl. in *Flora* 1865, p. 355; les frères Crouan *Florule du Finistère*, p. 91, et Leight. *Lich. Fl. Gr. Brit.*, 3ᵉ édit., p. 383; *Biatorella ochrophora* Th. Fr. *Lichenogr. scand.*, p. 399.

Cette espèce très rare n'avait encore été récoltée qu'en France (aux environs de Brest), en Irlande et en Laponie. Le R. P. Villard, dominicain, l'a trouvée en mai 1895, sur l'écorce d'un jeune Peuplier à Jouarre (Seine-et-Marne), et par conséquent dans les limites et à l'est de la région parisienne. Elle forme un petit îlot au milieu de différentes formes du *Lecanora subfusca* Ach. et du *Lecidea parasema* Nyl., sans être limitée de noir comme ces Li-

chens; à première vue on serait tenté de la prendre pour un *Lecanora pyracea* Nyl.

Le thalle est cendré, très mince, à peine visible et indéterminé; les apothécies, larges de 0,2-0,4 millimètres, et sessiles, sont d'abord globuleuses et à marge concolore au thalle, assez épaisse et couverte d'une poussière ochracée, le disque jaunâtre ou d'un jaune ochracé étant à peine apparent; elles s'élargissent ensuite, deviennent planes ou légèrement convexes et alors la marge s'amincit et le disque est plus apparent. L'épithécium granuleux et jaunâtre devient rose sous l'action de la potasse; l'hypothécium est incolore; les paraphyses sont grêles, épaisses d'un μ environ, articulées et à peine épaissies au sommet; les thèques, mesurant 30-40 μ en hauteur et 16-24 μ en largeur, contiennent une grande quantité de petites spores; celles-ci se présentent sous deux formes, les unes sont sphériques et ont en diamètre 2,5-3,5 μ, les autres ellipsoïdes, et ce sont les plus nombreuses, mesurent 4-4,5 μ en longueur et 2,5-3 μ en largeur. La gélatine hyméniale bleuit sous l'influence de l'iode.

Cette description diffère de celle de M. Nylander en ce que les spores ne sont pas toutes globuleuses; néanmoins c'est bien à la même espèce que nous avons affaire. Elle se place dans la section des *Biatora* et dans le stirps du *Lecidea improvisa* Nyl.

Les nouveautés qui vont suivre ont été récoltées par M. A. Tonglet, sur les roches calcaires des deux rives de la Meuse, dans les environs de Dinant-sur-Meuse, Belgique. Elles font partie d'une remarquable collection qu'il appartient à cet auteur de publier.

1. **Lecanora endoleuca** Hue.

Thallus cinerascenti-albidus, 0,6 millim. crassus, pulverulentus, areolato-rimosus, areolis parum inæqualibus, ambitu subeffiguratus, in superficie punctulis nigricantibus et crebris notatus et intus pure albus; superne hydrate kalico primum flavens et dein optime sanguineo-rubens (in lamina tenui sub microscopio posita raphides rubentes efformantur, ut solet in cæteris *Aspiciliis* hac reactione gaudentibus); hyphæ iodo non tinctæ; hypothallus albus; gonidia viridia 12-17 μ lata. Apothecia 0,6-0,8 millim. lata, primum tuberculosa, dein e thallo omnino emersa et tunc sessilia, margine thallino valde crasso, thallo concolore, persistente cincta, aut simplicia aut duo in eodem margine aggregata, sed sepimento thallino transversali discreta, disco nigrescente, punctiformi,

Downloaded by [64.138.8.139] at 12:44 05 June 2016

sæpe albo-suffuso prædita. Epithecium fuscidulum, granulosum, nec hydrate kalico, nec acido nitrico mutatum; hypothecium incolor; in perithecio, perinde ac in thalli medulla, hyphæ materia albida suffusæ et gonidia; paraphyses 2 μ crassæ, moniliformi-articulatæ, apice incrassatæ et 4 μ metientes; sporæ 8[næ] in thecis clavatis 45 μ longis et 12 μ latis, simplices, incolores, oblongæ, 11-13 μ longæ et 6-6,5 μ latæ. Gelatina hymenialis iodo vinose rubens.

Species peculiaris videtur in stirpe *L. cinereæ* Nyl.; cum hac reactione thalli convenit, sed sporis minoribus et colore thalli albo recedit; paraphyses ut in *L. recedenti* Tayl. Sed ob spermatia non visa, illius locus systematicus incertus remanet. Punctula supra thallum sparsa spermogoniis sunt sat similia, sed in his nihil invenitur.

2. **Lecanora Tongleti** Hue.

Thallus albus, 0,7-0,8 millim. crassus, crustaceus, continuus aut interruptus rimosusve, ambitu vage subeffiguratus, reagentibus solitis immutatus; gonidia 11-16 μ lata. Apothecia 0,4-0,5 millim. lata, primum in thallo inclusa, dein emergentia et albo-suffusa atque demum emersa, margine thallino obscure brunneo sat tumido cincta, disco urceolato nigricantia, aut supra thallum dispersa aut in glomerulis congregata, vel simplicia, vel 2-3 eodem margine thallino circumdata simulque sepimento transversali thallino separata. Epithecium fuscum reagentibus solitis non mutatum; hypothecium incolor, tenue, iodo persistenter cærulescens; perithecium hyphis articulatis, apice brunneis atque hypochlorite calcico ferruginascentibus formatum; paraphyses 1,8-2 μ crassæ, crebre articulatæ, non ramosæ, apice vix incrassatæ. Thecæ cylindricæ 90-92 μ longæ et 12 μ latæ seu leviter ventricosæ 80 μ longæ et 12 μ latæ, in quibus sporæ numerosissimæ, simplices, hyalinæ, 4-5 μ longæ et 2 μ latæ. Gelatina hymenialis iodo cærulescens et dein vinose rubens.

Species a cæteris *Acarasporis* thallo albo crassoque recedens, atque apotheciis brunneis in hoc nascentibus vere conspicua; statum perfectum *Lecanoræ Heppii* (Næg.) Nyl. in quo thallus albus macer vel fere deficiens atque apothecia lecideina, forsan sistit.

3. **Lecidea entochrysoides** Hue.

Thallus obscure olivaceus, glebuloso squamulosus, squamulis parvulis, congestis, planis aut leviter convexis pulvinos parvos substrato parum adhærentes formantibus, ad peripheriam majoribus sed minus crassis,

Downloaded by [64.138.8.139] at 12:44 05 June 2016

crenatis radiantibusque, 0,6-1 millim. crassus, intus aurantiacus aut lateritius, hydrate kalico rubescens, hypochlorite calcico et iodo non mutatus, hypothallo nigricanti impositus. Cortex superior, 22-30 μ crassus, pseudoparenchymaticus, hyphis septatis 3-5 μ crassis, superne nigricantibus et parte amorpha 7 μ crassa tectis constitutus. Stratum gonidiale sat crassum gonidiis 6-10 μ latis et hyphis septatis formatum. In medulla hyphæ laxe contextæ et materia aurantiaca hydrate kalico rubescens sparsa. Apothecia 0,4-0,6 millim. lata, nigra, adnata, supra squamulas sparsa, primum plana et leviter marginata, dein convexa immarginataque, imo sæpe plura confluentia; perithecium pseudoparenchymaticum, crassum et sub hypothecio 80 μ metiens, hypothecium nigrescens atque utrumque hydrate kalico leviter rubescens; epithecium nigrum, summis paraphysibus formatum, hydrate kalico immutatum, hymenium incolor; paraphyses 2-2,2 μ crassæ, apice incrassatæ, nigrescentes et ibi 5 μ crassæ atque 1-2 articulatæ. et etiam ramulo brevi superne munitæ; sporæ $8^{næ}$ in ascis basi attenuatis 33 μ longis et 12 μ latis positæ, incolores, simplices, oblongæ, 10-12 μ longæ et 4-4,5 μ latæ. Gelatina hymenialis iodo cærulescens et dein vinose rubens, sed amoto reagentis excessu, obscure violacea evadens.

Maxime affinis *L. opacæ* Duf. cujus est subspecies et a qua medulla aurantiaca jam recedit. Illi sine dubio est proxima *L. adglutinata* Nyl. cujus medulla etiam flavet, sed modus crescendi alius. Hæc rectius dicenda *L. balanina*, *Parmelia balanina* Fr. *Lich. eur. reform.* p. 107, *Astroplaca balanina* Anzi *Neosymb.* p. 18 et *Lich. rariores Langob. exsicc.* n° 568. Ad hanc *L. balaninam* (Fr.) pertinent adhuc *Psora opaca* Mass., Flag. *Lich. algeriens. exsicc.* n° 145 et *Catal. Lich. Alger.* p. 68.

4. Lecidea leptoclinis f. Tongleti Hue.

Thallus cinerascens vel nigrescenti-griseus, areolatus, areolis contiguis, planis, lævibus aut rugosis, ambitu subeffiguratus, hypothallo nigrescenti in peripheria non visibili impositus; hydrate kalico flavens, et, hypochlorite calcico dein adhibito, ferruginascens; hyphæ iodo cærulescentes; gonidia viridia 11-13 et etiam 15-20 μ lata. Apothecia 0,6-1,2 millim. lata, nigra, sessilia, nuda, supra thallum dispersa, nunquam confluentia, disco plano, raro convexo, sæpe rugoso et margine integro, elevato, crasso, persistente, disco minus nigro et sæpe nitido prædita. Epithecium et hypothecium nigrescentia, hydrate kalico et acido nitrico haud mutata; perithecium rufescens his reagentibus flavo aut aurantiaco coloratum, hyphis septatis et arcte coadunatis formatum;

Downloaded by [64.138.8.139] at 12:44 05 June 2016

paraphyses 1,5 μ crassæ, apice nigro-clavatæ, nec articulatæ, nec ramosæ; sporæ 8^{næ} nigrescentes vel fuscescentes, 1-septatæ et in utroque loculo 1-2 guttas oleosas præbentes, rectæ aut raro leviter curvulæ, apicibus rotundatis, 13-19 μ longæ et 5,5-8 μ latæ. Gelatina hymenialis iodo pulchre cærulescens. Spermatia recta,apicibus non attenuatis 7-9 raro 11 μ longa et 1 μ lata, sterigmatibus simplicibus affixa.

A *Lecidea Mougeotii* Hepp *Flecht. Europ.* n° 311, *Buellia leptocline* a. *Mougeotii* Th. Fr. *Lichenogr. scand.* p. 598, thallo magis evoluto, hypochlorite calcico reagente, apotheciis non confluentibus et perithecio minus rufescente differt. Discrepat etiam a *L. leptoclini* Flot., Nyl. apud Hue *Addend. Lichenogr. europ.* 223, in qua nulla hypochlorite calcico reactio et epithecium hypotheciumque hydrate kalico flavo dissolvuntur. Recedit adhuc a *Buellia Mougeotii* Arn. *Lichenol. Ausfl. Tirol*, X, p. 99, XIII, p. 12 et XXIII, p. 5, in qua thallus hydrate calico non mutatur. Animadvertendum est hanc formam *L. leptoclinis* Flot., cum primaria a cl. Th. Fries *Lichenogr. scand.* p. 598 data sat bene congruere, sed dein hæc species ab illo auctore in duas dividitur formas quæ a nostra recedunt : prior *Mougeotii*, ut supra dictum est; posterior autem *Gevrensis*, defectu pruina in apotheciis. Tandem hæc forma *L. leptoclinem* Flot. et *L. superantem* Nyl., thallo flavicante et lineis hypothallinis nigricantibus jam notam, connectere videtur.

5. **Verrucaria calcivora** var. **belgica** Hue.

Thallus roseo-albidus, tenuis, continuus, passim leviter inæqualis. Apothecia immersa, vulgo apice atro tantum visibilia et tunc sæpe margine albo non prominulo circumdata, interdum parum supra thallum elevata et tunc margine lapideo thallo obtecto cincta. Pyrenium integrum, superne crassum et nigrescenti-brunneum, lateraliter in strato externo tenuiter brunneum et in strato interiore atque in basi incoloratum. Sporæ 8^{næ}, incolores, oblongæ, 1-3 et tandem 5-septatæ cum uno sepimento longitudinali in duobus loculis penultimis, 33-38 μ longæ et 11-13 μ latæ, immixtis magis ellipsoideis 37 μ longis et 15 μ latis. Gelatina hymenialis iodo vinose rubens.

Forsan species propria; a *V. calcivora* Nyl. sporis minoribus et pyrenio minus colorato præcipue differt.

Downloaded by [64.138.8.139] at 12:44 05 June 2016

6. **Verrucaria integra** var. **elæodes** Hue.

Thallus obscure olivascens, tenuis, continuus, opacus. Apothecia primum thallo obtecta, dein e lapide semiemersa, nuda aut passim thallo circumdata, apice conoidea et tandem ostiolo poriformi aperta; pyrenium nigrum et integrum; paraphyses nullæ; sporæ 8^{næ}, incolores, simplices, oblongo-ellipsoideæ, 31-40 μ longæ et 15-17 μ latæ. Gelatina hymenialis iodo vinose rubens.

Hæc conspicua varietas primum similis var. *obductili* Nyl. crescit, dein var. *dolomiticam* (Mass.) Nyl. simulat, sed ab utraque colore thalli primo intuitu recedit.

7. **Verrucaria dionantensis** (1) Hue.

Thallus albus, farinosus, tenuis, continuus, saxi asperitates vestiens, non limitatus. Apothecia 0,5-0,6 millim. lata, immersa, ostiolo umbilicato-depresso munita et sæpe margine albido tenui cincta. Pyrenium dimidiatum, in parte supera obscure brunneum et in lateribus incoloratum aut in strato externo leviter brunnescens, subtus semper incoloratum. Paraphyses nullæ; sporæ 8^{næ}, incolores, primum simplices et dein 1-septatæ, oblongæ, 24-32 μ longæ et 13-15 μ latæ, in thecis basi attenuatis 100 μ longis et 35 μ latis contentæ. Gelatina hymenialis iodo vinose rubens.

Prope *V. pyrenophoram* Ach. locanda, a qua apotheciis immersis jam secernitur. Variat thallo cinerascenti rugoso et apotheciis in tuberculis mastoideis enatis.

— var. **lecideiformis** Hue.

Differt a genuina specie thallo obscure cinerascente et apotheciis similiter immersis, sed omnino planis et thallum æquantibus.

Primo intuitu *Lecideam calcivoram* Nyl. non pruinosam simulat.

8. **Verrucaria Tongleti** Hue.

Thallus endolithicus, seu in lapide cinerascenti-albido, aspectu pingui, valde verrucoso-inæquali occultatus. Apothecia primum in lapide similiter latentia et parvis protuberantiis indicata, dein lapide rupto, emergentia, macula alba et tandem apice nigro conspicua, demum magis

(1) Urbs belgica Dionantum, gallice *Dinant*.

Downloaded by [64.138.8.139] at 12:44 05 June 2016

visibilia, 0,5 millim. lata et duplice margine cincta; altero interiore thallino, albo, tenui, altero autem lapideo, crasso, sat elevato, interdum corrugato et sæpius albo-suffuso. Pyrenium nigrum dimidiatum, in parte supera sat crassum, in lateribus et in basi omnino incolor aut pallide luteolum. Paraphyses nullæ; thecæ basim versus attenuatæ, 150 μ longæ et 45 μ latæ; sporæ 8[næ], incolores, primum simplices et dein 1-septatæ, apicibus rotundatæ, late ellipsoideæ, 20-24 μ longæ et 14-17 μ latæ, immixtis fere globosis 21-22 μ longis et 16-17 μ latis et magis oblongis 26 μ longis et 15 μ latis. Gelatina hymenialis vinose rubens, præcedente passim cærulescentia levi.

Species conspicua videtur cujus modus crescendi ut in *V. hiascenti* Ach. seu *V. Hochstetteri* Fr. et pyrenium ut in *V. Ungeri* Flot. Sporis fere sphæricis a cæteris *Thelediis* facile secernitur.

9. **Verrucaria muscicola** var. **moniacensis** (1) Hue.

Thallus obscure cinerascens, subgranulatus, passim albido-punctatus. Apothecia immersa puncto nigro notata; pyrenium superne solum nigrescens, dein omnino incolor aut leviter fuscidulum; paraphyses numerosæ, articulatæ, 1-1,2 μ crassæ; sporæ 4[næ], incolores, oblongæ, primum 9-13 septatæ et inter sepimenta passim longitudinaliter divisæ, 46-65 μ longæ et 15-16 μ latæ, in thecis, membrana valde incrassata, oblongis, 176 μ longis et 20 μ latis contentæ; dein omnino muralidivisæ seu potius tessellatæ, uno apice subattenuatæ aut quasi apiculatæ, 83-90 μ longæ et 23-24 μ latæ, thecis tunc 250 μ longitudine et 45 μ latitudine metientibus. Gelatina hymenialis iodo non tincta, sporis fulvescentibus.

Forma sporarum ut in *Weitenwebera Muscorum* Kœrb., Garov. *Thelopsis*, tab. I, fig. 3; sporis majoribus et pyrenio fere incolorato a specie genuina differt.

(1) Lecta in loco gallice dicto *Moniat* prope Dionantum.

Downloaded by [64.138.8.139] at 12:44 05 June 2016